

Genes. 1. Origenes. Omnia agentia cum ratione.

Ambros.

27. Cathuf. Caietan. Titelman. Iansen. Tolet. Burgenf. Barrad. Cotnel.

28. Opportuno tempore cuncta faciendia. Plalm. 144.

Pelafior.

Opportuno datum magnum donu.

pio creauit Deus celum, & terram. Genes. 1. num. 1. seu, vt legit Origenes: In verbo. Non fat erat dicere, quod Deus cuncta creauerit per semetipsum? Ad quid dicitur, quod in verbo condiderit: Verbum sapientiam denotat. Pro ergo magno documento nostro statim in limine Scripturae dicitur, quod Deus in verbo creauerit omnia, vt nos his erudiamur sapientia, ac iudicio cuncta agere, & disponere. D. Ambrosius sermon. 22. Esto imitator Dei, quomodo imitator? Nunquid potes facere, aut terram, aut mare? Non vtrique, sed omnia per verbum facias, nihil sine verbo, omnia cum ratione, nihil sine ratione. Vide supra cap. 10. num. 34. 35. 36. & tom. 1. 2. & 3. verb. Ratio; ibi multa.

Quintò. Dionysius Carthusian. Caietan. Titelman. Iansen. Tolet. Burgenf. Barrad. Cotnel. Iansen. Tolet. Burgenf. Barrad. Cotnel. Ergo de itinere in illam vtrouque est sermo. Ac si dicat Christus meum tempus palam ascendendi Ierosolymam nondum adest, nam in primis diebus maxime aetnabit ira Iudaeorum in me, vestrum autem tempus semper est paratum, vt in illam liberè, ac patenter proficiscamini.

28. Non acquieuit Christus Domini persuasioni statum, vt vadat in Hierusalem, sed temporis opportunitatem expectat. Hæc enim semper in omni actione inquirenda, & exoptanda est: Oculi omnium in te sperant Domine, & tu dñs escam illorum in tempore opportuno. Plalm. 144. num. 15. Non ait, præbes cibum citò, vel abundanter, sed tempore opportuno; opportunitas enim in munere super omnia dantis magnificentiam extollit. D. Isidorus Pelafior lib. 3. Epist. 170. Non enim duntaxat alit, ait, sed etiam tempore. Hoc quippe potissimum est, quod omnia alit, & quod tempore porrigatur. Præmiserat enim S. Doctor in eadem Epist. Opportunitas, etiam id, quod datur, manus & amabilis reddit. Quocirca non tantum dare conuenit (exiguum enim istud fortasse) sed etiam opportune. Hoc quippe, & paruum minus auget. Vide tom. 2. cap. 1. quæst. 17. num. 66. & tom. 3. cap. 1. 2. quæst. 10. num. 51. 52. & 53.

QUESTIO IV.

Quare dixit Dominus se non ascendere ad diem festum, cum ad illud postea ipse ascenderit?

29. Ratio diffinitiu.

30. Chrysof. Theophyl. Euthym. Tolet.

31. Chrysof. Euchir. Ammon. Carthuf. Lyranus.

DIFFICULTAS est manifesta, & vulgaris. Dixit enim in hac præfenti sententia Christus suis Discipulis: Non ascendam ad diem festum, & tamen postea ascendit, vt patet ex vers. 10. quod in varias sententias facit abire Doctores.

Primò respondent D. Chrysof. homil. 47. Euthym. Theophylact. Tolet. Non ascendam vobiscum palam, ac manifestè; quia modo non est tempus meum adimpletum ad eundem festum, & hanc sententiam secutus sum in expositione. Postquam enim fratres eius abierunt: tunc ipse ascendit.

Secundò. Idem D. Chrysof. homil. 48. D. Euthymius in quæstionibus in Ioan. Ammonius, Carthusianus, Lyranus, sic explicant. Ait Dominus: Non ascendo ad diem festum istum. Hoc est ad primos dies festi instantes, quia tunc maxime feruerebat

ira Iudaeorum, qui inquirebant eum dicentes: Vbi est? num. 11. At verò sub diem quartum festi, vt dicitur, vers. 14. Festo die mediante. Tunc ipse ascendit, quia iam tunc ira Iudaeorum erat sedata, & aliquantulum remissa. Theophylact. In principio quidem ascendere detrahebat, vt pote feruentibus furoribus Iudæis: post hæc autem, cum festum soluendum esset, ascendit, quando & insaniam illorum verisimile erat mitigatam esse. Magna enim prudentia est dare locum iræ, ac illi cedere. Pro hoc vide multa tom. 1. 2. & 3. verb. Ira.

Tertiò. D. August. tract. 28. in Ioan. Beda, D. Thomas, D. Bonau. sic interpretantur: Ego non ascendam ad diem festum istum. Quærens gloriam meam, ad quam fratres exhortabantur. In qua sententia est etiam Maldonatus, qui sic eam explicat. Ego non ascendo, subintelligitur, sicut vos, ô cognati mei, existimatis, ac cupitis, scilicet vt purus homo, ac vt Ierosolymis à populo mihi honorem, & gloriam concilium, sed ascendam vt verus Messias, ac filius Dei, erudiens populum in via salutis, vt ita non meam, sed Dei Patris gloriam quæram. Vide tom. 2. cap. 11. q. 21. n. 143. & tom. 3. cap. 17. quæst. 1. num. 6. & 7.

Quartò. Idem D. August. quæst. 78. Noui Testamenti. Ascendit, scilicet Dominus, ait, non quasi ad diem festum, sed quasi ad litem: illi enim omnes latè ascenderunt, quasi ad perseruandas delicias diei festi; certum est enim, quod non ascendit ad diem festum; is enim illi fuit dies festus, quo passione sua redemit mundum. Hic dies festus eius, in quo vicit mortem. Præpondera. Quod non dixit Christus. Non ascendo ad diem festum, sed ait, ad diem festum istum, scilicet, Scenopegiæ, ac Iudaeorum, in quo homines delitiis, otio, ac gaudio exultabant; non enim talem diem festum reputabat; solùmque illi fuit celeberrimus dies festus, ad illumque festum gaudens ascendit, quando crucifixus & mortuus nos redemit; ac à seruitute dæmonis liberauit. Is enim illi fuit dies festus, quo passione sua redemit mundum. Vide supra cap. 6. num. 10. & num. 36. & cap. 8. num. 136. & aliis locis.

Quintò. N. D. Cyrillus lib. 4. in Ioan. cap. 35. sic loquitur in persona Christi ad fratres: Vos igitur, inquit, qui vmbri adhuc inheretis, qui Iudaicè affecti estis ascendite in hunc festum diem per vmbra celebraturi. Ego verò cui vmbra iam cordi non sunt, non ascendo: quia figuras celebrare incundum non est. Expecto autem verè solemnitate tempus, quod nondum est impletum. Tunc enim in splendore Sanctorum cum eis conuiuiam in gloria Patris, que super omnia fulget. Inuitatur Christus à fratribus, vt tendat ad festum; Ipse ait. Non ascendo ad diem festum istum; vos ascendite. Quorsum mandat fratres accedere ad festum, cui ipse pro tunc non ascendebat? Fratres, ait hic Ioan. n. 5. Adhuc non credebant in eum. Cum non crederent in Christum, ad solidam veritatem non erant affecti, sed vmbri, ac figuris Iudaeorum adhuc tenebantur, ideo ad talia festa sine Iesu mittuntur, in quo resulget omnium solida veritas; indeque Iesus ad festum non venit, nam ipse in vmbri non est. Ego verò cui vmbra iam cordi non sunt, non ascendo. Sed in aeterno vero gaudio, ac gloria cum Sanctis suis apparet, ac fulget.

De Odolla meretrice pertractans Ezechiel. 23. num. 14. Cum vidisset, ait, viros depictos in pariete, imagines Chaldaeorum expressas coloribus, & accinctos balteis renes, & tiras tinctas in capitis eorum, insanuit super eos concupiscentia oculorum suorum. Totum quod in eis videtur figuræ quædam depictæ,

Dandus est locus ira.

32. August. Beda. D. Thom. Bonau. Maldon.

33. August.

Dies Christi festus, dies mortis eius.

34. Cyrill.

In solo Iesu solida veritas inuenitur, in alijs vmbra.

35. Ezech. 23.

VERSIONES.

Cant. 9.

Varabl.

In mundo figura apparè, in Iesu solidissima veritas.

Rupertus.

35. Olee 4.

In mundali-bus vmbra, & tenebra. Ruffin.

etæ, ac imagines tinctæ sunt; at verò anima sancta considerans suum sponsum Iesum, sic ait: Caput eius aurum optimum: coma eius sicut elata palmarum: oculi eius sicut columba: gena illius sicut areola aromatum: labia illius lilia distillantia: manus eius tornatiles aureæ: venter eius eburneus, distinctus saphiris: crura illius columna marmorea: species eius vt Libani: guttur illius suauissimum, & totus desiderabilis, Cantic. 5. num. 16. Quæ vltima verba legit Vatablus, Et quantus, quantus est, res sunt expetibiles. Quid est, quod Odolla nil aliud reperit in suis amatoribus nisi figuras, & picturas. At verò anima totum, quod inuenit in meo Iesu, sunt res veræ, solidæ, primæ, ac optimæ, aurum, palmæ, hyacinthi, ebur, columna marmorea, & quantus, quantus est, sunt res expetibiles. In mundo, figura, & pictura coloribus tantum apparentia; at in Christo Iesu nil aliud relucet nisi veræ, & integra res, solidissimæque omnium perfectionum perfectio. Rupertus ad vltima citata Canticorum verba: Quomodo potuit, ait, sermo descripsit Iesum amabilem, dilectum, desiderabilem; non talis pictura hæc, qualem respexit illa Odolla, de qua scriptum est. Cum vidisset viros depictos in pariete, imagines Chaldaeorum expressas coloribus, &c. Non, inquam, talis pictura hæc; verum tamen amulamini melius visum illum, sicut illa exhibuit oculos suos videre viros depictos in pariete; ita nunc exhibete oculos vestros, videre dilectum, videre caput aureum eius, oculos nitidos, reuerendas genas, gratiosa labia, tornatiles manus. De omnibus rectum iudicium iudicete.

Conqueritur Deus, quod populus suus idola lignea adorauerit, & ait: Super capita montium sacrificabant, & super colles accendebant thymiana: subtus quercum, & populum, & terebinthum, quia bona vmbra eius, Olee 4. num. 13. Statuas ligneas adorabant, vt interpretantur Rupertus, Lyranus, maxime tamen ponderanda est causa. Quia bona erat vmbra eius. Quia vmbra, ac obscuritatem in eis inueniebant, ideo illam adorabant. Qui enim reliquerant verum Solem iustitiæ Deum nostrum, ab eoque recederant, consequens erat, vt in vmbra, ac tenebras inciderent. Ruffinus lib. 1. in Oleeum: Repudiantes, ait, lucis, & luminis conditores, verè quasi filij tenebrarum memoris capiebantur vmbri. Et post pauca subdit: Hanc igitur impietatem calamitatis vltima disjungat illatio.

Ioan. 7. n. 10. Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum, non manifestè, sed quasi in occulto.

Num. 11. Iudæi ergo querebant eum in die festo, & dicebant: Vbi est ille?

Num. 12. Et murmur multum erat in turba de eo, quidam enim dicebant: quia bonus est, alij autem dicebant: non, sed seducit turbas.

Num. 13. Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Iudaeorum.

Syriacus n. 12. Et murmur multum propter eum fuit in turba. Erant autem, qui dicebant: bonus est; alij verò dicebant: minimè, sed seducit populum. Arabicus. Murmuratio multa erat. Euthymius, Seducit mundum. Græcus n. 13. Nullus tamen liberè.

EXPOSITIO IV.



T autem ascenderunt fratres eius. Abierunt Christi consanguinei Ierosolymam turmatim, vt solebant ire Iudæi ad suas festiuitates per congregationes, & familias suas, & ideo secum intentauerunt adducere Iesum. Ille autem pro tunc remansit in Galilæa. Tunc & ipse ascendit ad diem festum. Rectè notat D. Chrysofostomus homil. 48. Hæc particula vt ascenderunt fratres eius, ostendit noluisse cum illis ascendere, & ideo remansisse. Deceuit enim cum illis non ascendere ad primos dies festi; tunc enim maxime aetnabat ira Iudaeorum, & hac de causa quarto dies festi se ostendit in templo, vt dicitur infra vers. 14. vt latè dixi superiori quæstione in 2. solutione. Non manifestè. Ita vt doceret, ac miracula ederet. Sed quasi occultè, veluti persona priuata, absque strepitu, & significatione præfentiæ suæ; quare ex Galilæa non recto itinere profectus est, sed deueniens per Samariam, transmissio Iordane iter fecit, dimisso populo, vel cum discipulis suis, vt inquitur Toletus, Lucas Burgenfis, vel præmittendo discipulos suos ad præparandos auditores, vt ait Caietanus, semper ad magna præuia dispositio antecedat. Nota quòd non dicitur absolute, occultè, sed quasi occultè; quia eximia Christi virtus semper sui radios spargebat.

Judæi ergo querebant eum. Quidam, vt inquit Albertus Magnus, & D. Thomas, bono animo, vt eius doctrinam audirent; quidam malo animo, vt inquit D. Chrysofostomus, Theophylactus, Euthymius, vt eum interficerent, vt patet infra n. 25. Hi erant Pharisei, & Principes Sacerdotum, alij curiositate eum querebant, vt notant Leontius, & D. Cyrillus, quales erant incolæ, qui denuo confluerant, vt verba eius audirent, vel aliquod eius miraculum viderent. In festo. Iniquitas nullam sanctitatem reueretur, diem festum sanctificare tenebantur, & in illo tantum malum perpetrare intendebant. Euthymius: Pulchra sanè illorum opera, ait, in diebus festis, cum illos cadis facerent, occasionem. Et dicebant inquirentes eum, Vbi est ille? Ex nimio odio eum nominatim non appellat. Et vt notat Caietanus, Principes Sacerdotum, non aperiebant venenum suum turbis: sed non videntes eum, more solito interrogabant, Vbi est ille?

Et murmur multum erat in turba de eo. Quod explicans Euthymius ait: Turbatio, & contradictio. Cum murmure, ac strepitu magno de eo loquebatur; nam vt ait Theophylactus, variæ de eo erant sententiæ: Quidam enim dicebant, quia bonus est. Hi erant, ait Euthymius, Qui mente corrupti non erant; quales fuerant, qui cum eo in Galilæa conuersati fuerant: alij autem dicebant, non.

36.

Chrysof.

Tolet. Burgenf. Caietan. Christi virtus semper se manifestabat.

37.

Alb. Magnus. D. Thom. Chrysof. Theophyl. Euthym.

Leont. Cyrill.

Euthym.

Caietan.

38. Euthym.

Theophyl.

Putas



Putat Chryostomus hos esse principes Sacerdotum, & partem turbæ, quæ illos sequebatur. Sed seducit turbas. Sua nempe doctrina indoctum vulgus, & rudem pervertit.

39. Beda. August. Secuti Christi male iudicantur ab hominibus. Nemo tamen palam loquebatur de eo. Hoc referendum est ad eos, qui benedicebant, ut adnotavit Beda. Vnde ait D. Augustinus tractat. 28. in Ioannem: Seducit turbas, clarior sonabant, bonus est pressus susurrabant. Et hoc etiam de viris religiosi, ac sanctis frequenter dici subdit. Idem D. Augustinus: De omnibus servis eius, ait, hoc dicitur modo, quicumque eminet in aliqua gratia, spiritaliter profectu, alij dicunt, quia bonus est; alij non: sed seducit turbas. Vnde hoc? Quia vita nostra abscondita est cum Christo. Textus Evangelij: Propter metum Iudeorum, scilicet Pontificum, Principum, ac Scribarum, qui male de Christo Domino sentiebant, & ideo Evangelista eos Iudeos, non autem Pontifices, & Sacerdotes nominavit, utpote tanta dignitate indignos. D. Cyrillus lib. 4. in Ioannem, cap. 11. Præcipue, ait, hic Iudeos, Iudeorum principes appellavit: indignum enim iudicavit; homines adeo à pietate remotos, sacerdotes, aut seniores populi appellare.

Cyrrill. Si malus, indignus est homo, ut Sacerdotis nomine gaudeat.

QVÆSTIO V.

Quo die Christus ascenderit ad festum? Et quare Iudei querebant eum dicentes: Vbi est ille?

40. QVÆSTIO duas vendicat partes. Prima est de die, secunda de Iudeorum interrogatione. Quantum ad primam, Lyranus, Carthusianus, Hugo, & alij existimant, quod Dominus ascenderit Ierosolymam die festi quarto. Nam infra num. 14. dicitur: Die festo mediantie. Maldonatus num. 11. Tolerus, Barradas, Cornelius vers. 14. quod Christus ascenderit paulo post cognatos, ita ut primo festi die Ierosolymis interfuerit.

Lyranus. Carthus. Hugo. Maldon. Cornel. Barrad.

41. Secunda sententia mihi videtur probabilior, & primò nititur optima coniectura. Christus Dominus venit Ierosolymam, ut legi satisfaceret; lex autem præcipiebat, ut illud festum per septem dies celebraretur: Septem diebus Domino Deo tuo festa celebrabis in loco, quem elegerit Dominus. Deuter. 16. num. 13. Ergo Christus Dominus legis observator in omnibus integer legem observavit. Confirmatur ex contextu Evangelistæ, num. 10. ait: Cum autem ascendissent fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum. Illa particula, tunc, denotat statim, seu paulo post fratres suos ascendisse; fieri enim potuit, quod vno, vel altero die post fratres esset profectus, & tamen quod ad primum diem festi veniret; nec aliquid contra hoc colligitur ex Evangelistâ, vers. 14. Non enim ait: Die festo mediantie ascendit Iesus, Ierosolymam, sed in templum; festum autem hoc Scenopegiæ, ut dixi quæst. 1. non celebrabatur in templo, sed vel in campo, vel vrbe constructis tabernaculis.

Deut. 16. Christus in primo festi die adfuit.

42. Secunda quæstionis pars de interrogatione facta, Vbi est ille? Et dubitari potest statim, qua occasione Iudei Christum inquisierunt, cum vidissent eum cum suis cognatis ad festum non venisse. Respondetur, quod tanta erat Christi sanctitatis opinio, quod quamvis Iudei eum non vidissent cum suis propinquis, tamen pro certo habebant eum festo non defuturum; vel potest etiam

Christi sanctitatis magna opinio.

dici, quod inquirebant eum, postquam cognoverunt, quod in Ierosolyma versabatur.

Interrogabant, Vbi est ille? Non enim proprium non dicunt, sed per contemptum de eo loquuntur. D. Chryostomus, Ex nimio enim odio, ait, nominatim appellare non patiebantur. Rupertus ad hunc locum Ioan. Vide nunc, inquit, gemina verperarum, quanto seuiant veneni præcordialis ardore, non enim dicunt: Vbi est Iesus? sed vbi est ille? Nunquid eius, quem querebant interficere, poterant nomen nescire? Ergo cordis illorum habitior homicida Diabolus, sic eos agebat, ut odio dictante nomen salutis non possent, imò nolent attingere. Vehemens odium nomen pronuntiare non sinebat. Vide tom. 1. lib. 3. cap. 3. q. 1. num. 6. & 7. tom. 2. cap. 5. q. 38. num. 234. & cap. 6. num. 2. tom. 3. cap. 1. q. 23. num. 160. & 161.

43. Chryost. Pre batio nomen ignorant. Chryost. Rupertus.

Secundò, nomen eius non expriment, ut ait Albertus Magnus, & patet ex supradictis, quidam inquirebant eum bona intentione, quidam verò mala, & tamen nullus ex his eius nomen dicit: Boni, cum recognoscerent maiestatem, & excellentiam sanctissimi nominis Iesus, ex veneratione illud pronuntiare non audent; Mali verò ex multo odio eum proprio nomine non appellant.

44. Alb. Magn. In eadem interrogatione diversimodò iudicantur.

Cecidit manna è cælo superficiem terræ cooperiens, quod cum vidissent filij Israel dixerunt ad Moysen Manhu, quid est hoc? Exod. 16. num. 15. Heri promisit Moyses, o Israelitæ vobis panem de cælo daturum matutino tempore; hic autem, quem conspiciatis, nullus alius potest esse. Cur ergo tanta contentione quæritis quid est hoc, cum ex pollicitatione facta, facile deprehendatur quid sit, & Moyses optimè illud agnouit dicens, iste est panis, quem dedit vobis Dominus ad vescendum. Et tamen omnes quærent, cum in eis existerent boni, & mali. Mali interrogabant, quia eximium beneficium ante oculos positum ignorabant, & illud fateri nolabant; boni etiam interrogant, quia tanto beneficio se indignos iudicabant; ac si dicerent, quid est hoc? Quod fecit nobis Deus? Oleaster: Quia hoc interest, ait, inter pios, & impios, quod impij ignorant dona sibi concessa; pji verò optimè norunt, quæ à Deo donata sunt, non solum sibi, sed & alijs. Vide tom. 3. cap. 22. q. 16. num. 91. & 92.

45. Exod. 15. Ex eodè verbis diversimodò iudicia.

Ioan. 7. n. 14. Iam autem die festo mediantie, ascendit Iesus in templum, & docebat.

Num. 15. Et mirabantur Iudei, dicentes: quomodo hic literas scit, cum non didicerit?

Num. 16. Respondit Iesus, & dixit: mea doctrina nõ est mea, sed eius, qui misit me.

VERSIONES.

Syriac. & Ara. Cum autem dimidiati essent dies festi.

Vatabl. Euth. Cum autem iam dimidium festi esset peractum.

Arias n. 15. Quomodo hic literas scit, cum non sit doctus?

Syriacus. Quomodo nouit iste literas, cum non didicerit?

EXPOSITIO VIII.



AM die festo mediantie. Circa dimidium festi, seu cum iam dimidium festi esset transactum, quattro nimirum festiuitatis die, ut obseruauit Euthymius, Carthusianus, Hugo, & alij; constabat enim solemnitas hæc diebus octo, ut constat Leuit. 23. num. 36. quanquam septem tantum dies agerentur sub tabernaculis. Ascendit Iesus in templum. Erat enim in monte situm. Notandum est, quod in alia dicitur ingredi. Cum ingrederetur Iesus Ierosolymam, Matth. 21. num. 10. Cum intrasset Iesus in domum cuiusdam Principis, Luc. 14. num. 1. Cum ingrederetur Iesus quoddam castellum, Luc. 17. num. 12. Ex quo ponderat hic D. Cyrillus lib. 4. in Ioan. cap. 40. Non dixit, inquit, Evangelista Christum ingressum fuisse in templum, sed ascendisse. Ardua sanè res est, atque sublimis loca ingredi sancta, & docendi munus rectè suscipere. Ut ingrediatis Sancta, oportet moribus ascendere; & docebat. Rectè notarunt Chryostomus, Leontius, Theophylactus: Quid doceret silentio præterit Evangelista. Tamen cum Christus doceret, res alta, & sublimis erat ad nostram salutem spectans, quod etiam constat ex sequenti vers. Nam Iudæi contrarij, & inimici de illius sublimitate admirabantur.

46. Euthym. Carthuf. Hugo.

Leuit. 23. Matth. 21.

Luc. 17. Ingressi sancta, & prædicare res difficilis. Cyrrill.

Chryost. Leont. Theophyl.

47. Cyrrillus.

Theophyl.

August.

48. Chryost.

Iniquus contra se arguit.

Præuenitur Deus contra malorum calumniam. Amold.

49.

tiam dedit, tanquam Deo: per æternam enim generationem cum ipsa natura diuina omniscientiam communicauit; & etiam tanquam homini, mihi suam scientiam beatificam, & insulam omnium rerum indidit. Iuxta illud Iai. 11. num. 2. Requescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientia, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientia, & pietatis. Vtroque modo, ac de vtraque scientia, quam ut Deus, ac homo habet Christus: textum interpretatur D. Chryostomus homil. 48. D. Augustinus lib. 2. de Trinitate cap. 2. & tractat. 27. in Ioan. D. Cyrillus lib. 4. in Ioan. cap. 42. Albertus Magnus, S. Thomas, Tolerus, & alij. Et notandum cum D. Chryostomo citato, quod totam suam doctrinam Deo tribuit. Neve Deo contrarius, neve se extollere videretur; & ut etiam modestiam seruans neminem se iactare debere doceret, & ut auditorum imbecillitati consulere.

Iai. 11.

Chryost. August. Cyrrill. Alb. Magn. D Thom. Tolet.

QVÆSTIO VI.

Quare Christus Dominus non se manifesta-uit in primo die festi, sed in quarto.

ASCENDIT Christus in Hierusalem ad primum diem festi, hic autem ascensus fuit omnino occultus, quarto die festi, seu festo mediantie ascendit in templum, ut in præfenti scribit Ioannes, hic autem ascensus in templum fuit manifestus, patentèrque ibi docuit populum, cur autem non se manifestauit primo die, sed quarto, inquitur hæc quæstio.

50. Ratio diffinitur.

Respondent primò D. Chryostomus, Leontius, Euthymius, Theophylactus, qui ait: In principio quidem ascendere detrahebat, utpote seruientibus furore Iudeis. Post hæc autem, cum festum soluendum esset, ascendit, quando & insaniam illorum, verisimile erat mitigatam esse. Tunc ascendit quando & Iudeorum ira erat aliquantulum sedata, ac remissa; magna est enim prudentia dare locum iræ, ac illi cedere. Vide multa tom. 1. 2. & 3. verbo Ira.

51. Chryost. Leont. Euthym. Theophyl. Ira dandus est locus.

Secundò, D. Augustinus tract. 19. in Ioannem, Illud, ait, ut lateret, erat causa exempli, hoc potestatis. Beda, & alij, lateret, ut humano timore se verum hominem ostenderet, & ut etiam nobis daret exemplum, quod abscondi aliquando non erubescamus; manifesta autem se ipsum ex tua potestate, qua potuit Iudeorum corda refranare, ac mutare.

52. August. Beda. Declarat Dominus se esse verum hominem.

Tertiò, Theophylactus: Quare ascendit, ait, cum esset dimidium festi, ut maiori attentione audirent ea, quæ ab ipso dicebantur. Ut vehementius audiendi desiderium per tot dierum moram, & expectationem, in auditoribus eum expectantibus cresceret. Quartò idem Theophylactus: Ascendit cum esset dimidium festi, ne festi strepitus illorum aures occluderet. Nam in principio festi, verisimile est, eos in his, quæ festi erant occupatos fuisse. Vique ad dimidium festi distulit suam manifestationem, & prædicationem; nam in primis diebus occupabantur homines in tabernaculis adornandis, rebusque ad festum necessariis comparandis.

53. Theophyl. Ex dilatione desiderium. Theophyl.

Quintò, Albertus Magnus. Die festo mediantie ascendit Iesus in templum, & docebat. Quod fuit, ait, quarta die, quando etiam Deus ab initio mundi coruscate fecit lumen in cælis. In signum quod quarto die festi (quod significabat peregrinationem

54. Alb. Magn. Deus illuminat homines ad vitam.